

Tertium, si ira deformitatem sepe consideres. Cato senior dixit, « iram ab insano non distinguunt nisi mora : iram enim esse brevem insaniam. » Plato rogatus per quid cognoscatur sapiens : « Sapiens, ait, cum vituperatur, non irascitur ; cum laudatur, non exultatur : insipientia enim est servus irae, laudi aliisque cupiditatibus impetrare non potest. Et hoc est quod ait Hebrei, ingenium hominis cognosci **בְּכָסֶם כְּכָסֶם**, **bacchis, bacceris, baccons**, id est in crumenis, in calice, in ira. Plutarchus suadet, ut iratus se susque mores contempletur in speculo : videns enim faciem et gestus furibundo et phreneticis similes, detestabatur cavebitque iram. Nam, ut ait Philemon, « insanum omnes cum irascimur. »

Quartum, si cogites iram rationi caliginem offendere, turbare sana consilia, convictionem, regimen, politiam. Demonax rogatus a duce, qua ratione optime praesest exercuit, respondit : Si iracundia vacaris : si cogites non homini, sed vito irascendum : si instar medici aegroto non indigneris, sed paele eius morbum animi cures.

Quintum, si cogites rei vilitatem ob quam irasceris, sieque injuriam extenes dicugas : Inimici mihi non nocuit, sed nocere voluit ; et cum illum in potestate videris, vindictam putes vindicare potuisse : magnum vindictae genus est ignorare, et ignoscendo vincere.

Sextum, si cupiditates, ob quas ademptas irasceris, ex animo extirpes. Peccit hoc Anachoreta ille, de quo Nicophorus, lib. XI, cap. XLII. Deinde si cogites mansuetitudinem Christi in cruce.

32. ESTOTE AUTEM IVICEM BENIGNI. — Comes et blandi, haec est radix omnis patientie et charitatis, quam opponit amaritudini. Ira enim non extinguitur ira, sicut nec ignis igni : sed sicut ignis

aqua, ita ira extinguitur patientia et benignitate, ait Chrysostomus. Pro *benigni* grecus est χρηστός, quod non tantum benignum, sed et beneficium commodum, utilem significat. Unde Christus Gentilium quorundam proprium nomen fuit, qua ratione perperam Gentiles quidam Christum Domini *Chrestum* vocarunt. Vide que de Chrestis et chrestologia dicta sunt Rom. XVI, 18.

MISERICORDIES, — μεταλλαγή, quasi honorum viscerum, aut viscerales; respondet enim Hebrews ῥαχά, quod significat ex intims viscerum miseri, ut omnia viscera videantur commoveri dolore et commiseratione miseria proximi. Tales sunt viri sancti, qui in visceribus, id est intime, sentiunt et dolent paupertatem, æruminas et afflictiones proximorum, presserunt spirituales, quique viscera misericordiae omnibus exhibentes.

DONANTES INVICEM, SICUT ET DEUS IN CHRISTO DONAVIT VOBIS. — Grecum γεράσαντες ιερού; significat donantes, id est largientes, liberant dantes, vel,

ut Vatabulus verit, *gratiam exhibentes vobis metropolis* q. d. Si quid alteri donas, largiris, beneficas, gratiam prefas, id non tam illi quam tibi ipsi prefas : meritum enim tuae beneficentie tibi accumulas, quod longe pluris est quam domum quod proximus a te accipit. Verum secundo, melius Syrus, Chrysostomus, Theophylactus, *Condonantes* veruntur, donantes, id est condonantes, q. d. Condonante motuas injuries, sicut et Deus in Christo, id est per Christum, « donavit, » id est condonavit, « vobis » vestras contra se offendit et peccata. Ethnici et ingrati, ut recte dixit B. Thomas Morus, beneficia pulveri ; si quid mali patiantur, marmori insculpunt : Christiani vero est, maleficia pulveri, beneficia marmori insculpere.

CAPUT QUINTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Primo, pergit Ephesios hortari, ut Christum quasi filii imitentur, fugiantque libidinem, scurrilitatem, stultiloquium ceteraque opera tenebrorum tanquam filii lucis.

Secundo, vers. 15, monet ut redinant tempus faciendo Dei voluntatem, et implendo se, non vino, sed Spiritu Sancto, in psalmis, hymnis et canticis spiritualibus.

Tertio, vers. 22, vult uxores subditas esse viris, viros autem diligere uxores, sicut Christus dilexit Ecclesiam : sunt enim duo in carne una, atque Sacramentum hoc magnum est : Ego autem dico, inquit, in Christo et in Ecclesia.

1. Estote ergo imitatores Dei, sicut filii charissimi : 2. et ambulate in dilectione, sicut et Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis. 3. Formicatio autem, et omnis immunditia, aut avaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos : 4. aut turpitudine, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet; sed magis gratiarum actio. 5. Hoc enim sciote intelligentes, quod

omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est idolorum servitus, non habet haberditatem in regno Christi et Dei. 6. Nemo vos seducat inanibus verbis : propter haec enim venit ira Dei in filios diffidentia. 7. Nolite ergo offici particeps eorum. 8. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Ut filii lucis ambulate : 9. fructus enim lucis est in omni bonitate, et justitia, et veritate : 10. probantes quid sit beneplacitum Deo ; 11. et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. 12. Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est et dicere. 13. Omnia autem quæ arguntur, a lumine manifestantur : omne enim, quod manifestatur, lumen est. 14. Propter quod dicit : Surge qui dormis, et exurge a mortuis, et illuminabit te Christus. 15. Videte itaque fratres, quomodo caute ambuletis : non quasi insipientes, 16. sed ut sapientes : redimenti tempus, quoniam dies mali sunt. 17. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei. 18. Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria : sed implemini Spiritu Sancto, 19. loquentes vobismetipsis in psalmis, et hymnis, et canticis spiritualibus, cantantes et psallentes in cordibus vestris Domino, 20. gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Jesu Christi, Deo et Patri. 21. Subjecti invicem in timore Christi. 22. Mulieres viri suis subditas sint, sicut Domino : 23. quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesia, ipse salvator corporis ejus. 24. Sed sicut Ecclesia subjecta est Christo, ita et mulieres viri suis in omnibus. 25. Viri, diligite uxores vestras, sicut et Christus dilexit Ecclesiam, et seipsum tradidit pro ea, 26. ut illam sanctificaret, mundans lavacro aqua in verbo vita, 27. ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculum, aut rugam, aut aliquid hujusmodi, sed ut sit sancta et immaculata. 28. Ita et viri debent diligere uxores suas ut corpora sua. Qui suam uxorem diligit, seipsum diligit. 29. Nemo enim unquam carnem suam odio habuit : sed nutrit et fovet eam, sicut et Christus Ecclesiam ; 30. quia membra sumus corporis ejus, de carne ejus et de ossibus ejus. 31. Propter hoc relinquet homo patrem et matrem suam, et adhaerbit uxori sue : et erunt duo in carne una. 32. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in Ecclesia. 33. Verumtamen et vos singuli, unusquisque uxorem suam seipsum diligit : uxor autem timeat virum suum.

1. **ESTOTE ERGO IMITATORES DEI, SICUT FILII CHARISSIMI.** — Cyrus verit, estote igitur **מִתְּהֻדָּה מַדְּמָה**, id est conformes Deo. Pendit haec sententia a fine capituli precedens, ubi dixit : **Donantes invicem**, sicut et Deus in Christo donavit vobis. **Cui statim subdit initium hujus capituli :**

Estote ergo imitatores Dei; ut scilicet sicut Deus vobis condonavit offensas vestras, ita et vos proximis condonatis ea que in vos peccarunt ; et sicut Deus, inquit Hieronymus, solem oriri facit et pluit super bonos et malos, sic etiam vos bonitatem vestram super omnes homines effundatis. Rationem et stimulum subdit dicens : **Sicut filii charissimi,** q. d. Filiorum est imitari suos parentes; aliquot degeneres et spurii habentur; atqui pater noster, scilicet Deus, **charissimus** est et **benignissimus** in omnes, facillimeque offensas nobis condonat : ergo et nos qui sumus ejus filii, elementissimos, facilimos in offensis nostris condonandis, et beneficentissimos in fratres et proximos nostros esse decet ; unde explicans subdit :

Vers. 2. 2. **ET AMBULATE IN DILECTIONE, SICUT ET CHRIS-**

TUS DILEXIT NOS. — Magna dignitas est Deum imitari; et « hoc est, ait Ambrosius, lib. I De Abraham, cap. II, quod pro magno inter septem sapientum dicta celebratur : Sequare Deum. Si Abraham facto prævenit dicta sapientium, et secutus Deum exivit de terra et cognitione sua. »

Rursum, Deum potentia, magnificenter et celeriter similus, ait Hieronymus, imitari non possumus : possumus tamen in humilitate, mansuetudine et charitate eum a longe sequi et imitari. Hinc « Christus, ait S. Augustinus, serm. 10 De Verbis Domini, clamat : Tolite jugum meum super vos, et discite a me non mundum fabricare, non cuncta visinaria et invisibilia creare, non ipso in mundo mirabilia facere, et mortuos suscitare ; sed quoniam mitis sum et humili corde. » Scriptis D. Thomas Opuscul. 62 De divinis Moribus, in quo pulchre docet quos mores Dei, et quomodo imitari debeamus, quos non.

Primo, inquit, Dei immutabilitatem imitari oportet per constantiam in adversis et prosperis ; præscientiam, per providentiam novissimorum ; aquanimitatem, ut nullo tristi casu turbemur :

veracitatem, sinceritatem, patientiam, clementiam, charitatem, etc.

Secundo, alii mores Dei sunt, in quibus non est imitandus, sed admirandus; scilicet **primo**, quod ipse solus occulta cordium scrutatur; **secundo**, quod solus seipsum perfecte cognoscit, amat, fruatur ac laudat; **tertio**, quod ipse sibi solus sufficit, et non indiget extrinsecos; **quarto**, quod ab ipso solo omne bonum procedit, omnium beatitudine in ipso solo consistit; **quinto**, quod ipse solus habet immortalitatem, et inhabitat lucem inaccessibilem; **sesto**, quod ipse solus de nihilo fecit aliquid, ipse solus omnia in esse conservat; **septimo**, quod ipse solus peccata condonat; **octavo**, quod ipse solus sciat diem iudicii et numerum electorum. Ipsi soli honor et gloria in secula. Amen.

Denique nihil, inquit, dignius, quam ut homini sui conditoris sit imitator, et secundum modum proprie facilius executor.

Sicut et CHRISTUS DILEXIT NOS, ET TRADIDIT SEMETIPSUM PRO NOBIS OBBLATIONEM ET HOSTIAM DEO IN ODEREM SUAVITATIS. — Urget S. Cyrillos in Concilio Ephesino *pro nobis contra Nestorium*. Cittatis enim hisce Apostoli verbis, ex illis efficit anathematismum 10, dicens: «Si quis Christum non pro nobis tantum, sed pro seipso quoque sacrificium obtulisse dixerit (nulla enim oblatione indigebat, qui peculatum nullum norat), anathema sit.» Nota est: *delicias amoris Christi*: «Dilexit nos», inquit, *tunc dilectis*, ternerime et efficacissime, non verbo et lingua, sed opere et veritate: quia ex dilectione hac sponsione et liberatio tradidit, non open aux vestes suis, non fratres aut cognatos, non angelos suos, sed *semetipsum*, totum Deum et hominem, quantum quantus est, ut nihil sui sibi refineret, sed totum se daret et tradaret *pro nobis* *peccatoribus* et hostibus suis, «pro nobis», inquam, id est, pro latro et expiacione peccatorum nostrorum; «oblationem», non aridam et meruentiam, ut erat olim oblatio similia et paucum; sed cruentum, ut olim oves et boves Deo mactabantur et offererantur; scilicet *hostiam*, id est victimam, et pacificam, et pro peccato, et que esset pariter holocaustum, totaque in cruce immolareter, consumeretur, et cederet Deo, sicut olim per ignem et fumum hostia crevata tota ascendebat ad Deum, ut Deus illius odore et oblatione placaretur, et quasi pascetur, eamque acceptaret in odorem suavitatis, id est, in odorem acceptissimum et gratissimum.

Ex dictis patet Apostolum alludere ad sacrificia vetera tum victimarum, que immolabantur in holocaustorum; tum thymiamatis, quod adolebatur ad Deum propitiandum in altari thymiamatis, quod era in Sancto, ante Sanctum Sandorum; ita ut fumus et fragrancia thymiamatis ascenderet ad Sanctum Sandorum, et Deus in Sancto Sandorum residens super propitiatorium,

illam fragrantiam exciperet, et quasi odoraretur, itaque placaretur et conciliaretur.

Unde nota **secundo**: «In odorem suavitatis,» id est, suavem vel suavissimum. *Levit.* 1, 9, et alibi hebreaca habetur *תְּרוּמָה תְּרוּמָה נִיחֹוח*, id est, in odorem quietis. «Odor quietis» vocatur odor suavissimus, quo suavissima pascitur odoratus, ut in iocundissime et placidissime quiete conquiescat. Hinc Septuaginta et ex eis Paulus vertunt, *εἰς τὸν ὄδοντα*, id est in odorem redolentis vel homet fragrantie, ut veritatis S. Hieronymus, prefat. in *Zachariam*: tali enim pascitur, et in tali suavissima conquiescit, recreatur et reficitur odoratus.

Ultimus nota **tertio**: *Anthropophagi*, tribulatio *Deo odoratus*, per quem odore sacrificiorum quasi grassisimo pascatur: quia sacrificia hec rediebant Deum placatum, ejusque iram sedata. Dei debent et quiescere faciebant, itaque peccata expiabant per fidem in Christum, quem protestabant futurum mediatorum, et eni sacrificium hisce suis sacrificii adumbrabant; erantque hec sacrificia Deo grata admodum non ex opere operato, uti sacrificium legis novae, sed ex opere et devotione operantis. Erant enim actus obedientiae et latrice nobilissimi, quibus quis odore fragrantissimo pascetur Deus. Unde Chaldeus pro *oblatione in odorem suavitatis*, vel suavia fragrantia, ut *oblatio suscipiatur a Deo cum benigneitate*. Sic *Genes.* cap. viii, 20, dicatur de Noe: «Obtulit holocausta super altare, odoratusque est Dominus odorem suavitatis, et ait: Nequaque ultra maledicam terra propter homines», q. d. *Huius Dea odoratur sacrificia* *Noe fumus et odor*, qui cum fumo ascendebat, ad similitudinem suavis odoris, pluit Deo, quasi *fumum* peccatorum hominum abstulit a naribus Dei, ut plane et placatus dererneret, propter peccata hominum, amplius terra non induceret diluvium. Unde Chrysostomus illud, «*Odoratus est Dominus odorem suavitatis*,» sic exponit: Quia, inquit, justi Noe virtus fumum et odorem victimae sua Deo fecit odorem fragrantiae. Sic Plato et Lucianus indicunt deo: *Gomfum* quasi suaviter odorantes sacrificia, eorumque nitore gaudentes. Hinc ergo est sententia et mens Apostoli, q. d. *Sicut Christus dilexit nos*, ut se pro nobis in victimam Deo gratissimam, suavissimam et acceptissimum immolandum in cruce dederit: ita nos invicem diligere debemus, et non tantum injurias mutuas condonare, sed et bona vitamque pro salute proximorum exponere; et sicut illa victimae Christi fuit Deo suavissima et gratissima: ita et nostra haec, qua nos et nostra pro salute proximorum offerimus et impendimus, erit Deo iocundissima, omnemque fumorum peccatorum nostrorum a naribus Dei absterget. Charitas enim operit multitudinem peccatorum.

3. OMNIS IMMUNDITIA. — Quaevis obscenitas et *libido tactuum* et *immundorum operum*. *Nisi Heresi Philosphorum* quidam, at Hieronymus *Cynicus* quidam

dam *Exi* *exitisset*, qui doceret omnem titillationem carnis, *lesphog* et fluxum seminis ex qualcumque atritu factum *rum circ* *ca tenuis* que venientem in tempore non vitandam, et non nulli sapientes seculi in hanc turpem et erubescendam heresim consenserint, nunquam sanctus Apostolus scribens ad Ephesios ad fornitionem etiam omnem immunditudinem copulasset. »

AUT AVARIA. — Graece *πλευρία*, nimia habendi cupidio. Quenam ea sit, dicam vers. 3.

NEC NOMINETUR IN VOBIS (*καὶ οὐ προσελθεῖτε, ne nomi* *natur quidem*), **SICUT DECET SANCTOS**, — id est Christianos, qui vocatione, baptismo, et professione sunt, id est esse debent, sancti, q. d. Adeo ab omni immunditia alieni debent esse Christiani, utpote sancti et Deo consecrati, ut ne nomen quidem immunditiae alicuius operis alicuius immunditiae audierit inter eos.

Vers. 4. **4. AUT TURPITUDO**, — id est, ut Syrus, *obscenitas*, puta verborum; et sic distinguuntur ab *immunditia*, que est operum.

ENTRAPER *la qualis* *sunt viriles*, *et adhuc* *CLAVIL*, *art. 2.* **AUT SEURILLITAS.** — Graece *πλευρία*, id est *urbanitas*, quam Aristoteles, lib. IV *Ethic.*, cap. viii; S. Augustinus, et ex illis S. Thomas, II II, *Quest.* *quoniam* *ei advers* *mentor*.

SED MAGIS GRATIARUM ACTIO. — supple, nominetur in vobis, qui estis Christiani et sancti, q. d. In mensis, in convivis, in colloquios, in recreationibus nolite vos pascare et oblectare turpita, stulta, seurilla: hoc enim faciunt Gentes, quae Deum et Christum non agnoscunt; sed potius loquimini de Christo, Christi grafa, vocatione, et beneficiis immensis vobis exhibitis, ut inde mutuo excitetis vos ad gratiarum actionem. Hinc illa Christianis olim, ut iam Religiosis, militaris in omni salutatione, et congressu vox, *Dei gratias*. Nam quid melius inquit S. Augustinus, *epist. 77*, et animo geramus, et ore pronostamus, et calamo exprimamus, quam, Deo gratias? Hoc nec dici brevius, nec audiari letius, nec intelligi grandius, nec agi fructuosius potest. Nec gratias, qui te tam fidei pectori datavit, » etc. (1).

3. HOC SCIENTE INTELLIGENTES, QUOD OMNIS INTEGRATOR, AUT IMMUNDUS, AUT AVARUS, QUOD EST IDOLOM SERVITUS, NON HABET HEREDITATEM IN REGNO CHRISTI ET DEI. — **Nota:** In Graeco legit noster Interpres, *ὅτι τὸν πλευράς*, quod scilicet avaritiae vitium, quo laborat avarus, quodque in eo lateat et continetur, est *idolorum servitus*, sive *idolatria*. Jam Grace legitur, *ὅτι τὸν πλευράς*, id est qui (scilicet avarus) est *idolorum servus*; vel ad verbum, *εἰδολοφόρος*.

Queres, quoniam hic intelligatur avaritia? Prima, S. Hieronymus hic vers. 3, intelligit inexplebilem cupiditatem non pecunie, sed voluntatum carnalium, sive libidinum, qua animus instabilis per omnia osculantur genera, perque

(1) Aliis a gratiarum actio, » Grace εὐχαριστία, est oratio gratia plena, id est, gratia in sermonibus et dictis nostris. Sic τὸν πλευράς est sermo gratia plena acud Xenophonem, Cyroped. u. 2.

Christia
mas non
luteat
istu
videt in
charitatis

M. salm
tandi am
tempore
christia
norm
deinde
Deo
gratias.

Quid hic
intelligat
Aposto
lus per
avarici
am

omnes luxurie modos discurrunt, ut omni libidine sumam cupiditatem expiat. Et ratio S. Hieronymi est, quia avaritia ponitur hic ab Apostolo inter libidines, uti et cap. preceed., vers. 19. Et Grecum πλευρα est studium immodicum plus habendi, usurpandi, occupandi, quam sibi competit, sive in opibus, sive in honoribus, sive in uxoriis, sive in delicis. Hec est idolorum servitus, quia fornicator et obscenus amasie et suo perni, sequi ac mercator lucris, superbus honorebus, gulosus ventri, quasi idolo suo servit. Addit Adamus, taxari his obscenitate spurcissimam Simonis Magi et assularorum, qui libidines suas referabant in honorem Dei, imo eas tanquam sacrificium offerebant patri universorum: sic enim revera non Deum, qui libidines exercratur, sed demonum, qui illis delectatur, colebant. Patrem enim universorum colabant eum, qui libidinibus delectatur et colitur, qui non est aliis quam demon, ac consequenter committebant idololatriam. Idololatria enim non tantum idolorum, sed et demonum, adeoque cuiusvis rei que vere Deus non est, cultum significat.

*Avantia accun-
qua ex- comp-
cludat a cludit
regno ce- jerum. quia*

Verum planius secundo, Chrysostomus, Theophilactus, OEcumenius, Cyprianus, qui pro *avars* veritatem, *fraudatorem*, et alii, imo ipse Hieronymus huc tandem hoc versus inclinat; hi, inquam, proprio accipiunt avaritiam pro immundis cupidine opum, quia per eis et nefas eas avarus accumulat. Sumit enim bice avaritia in actu completo, tuncque est peccatum mortale, et excludit a regno Dei, ut hic ait Apostolus. Id patet, quia si per avaritiam intellegitur libidinem, tam dissidet de fornicatione et immunditia quam de avaritia, quia sunt idolorum servitus. Nam et fornicator et immundus venerum sum habet pro Deo, sicut gullosum sum ventrem habet pro Deo. Jam autem Apostolus de sola avaritia dicit, quod sit idolorum servitus; ergo avaritiam dissipavit a fornicatione, immunditia et libidine.

Secundo, quia grece οὐετία, et latine avaritia, proprie et communiter significant hanc hanc aut et argenti cupidinem, presertim cum a cupidine vobis et aliarum rerum securitatem, ut hic securitas per conjunctionem disjunctivam. Secus est ap. preeced. vers. 49; ibi enim avaritia conjunctio et denominat immunditiam; at enim: «In puritationem immunditiam omnis, in avaritiam» est, ut avare et cupide omnem immunditiam perentur.

Tertio, quia Coloss. III, 5, a libidine et concuscentia mala avaritiam distinguens, dicit eam esse idolorum servitutem; ergo proprie avaritiam accipit: si ibi, ergo et hic. Ibi enim idem iisdem verbis dicit, quod hic.

*Cur avaritia prae aliis vitiis
dictatur & idolorum servitus, id est idololatria?
Respondeo primo, quia avari omnem spem
vitae et virtus ponunt in suis opibus; ergo illas
quasi pro Deo habent. Id enim est Deus omnis.*

que ille deus habent. id enim est deus unicus, a

Tertio, quia haec avaritia inexcubilis est, et cum castore cupiditates ipsae usum sedentur, et satientur saltem ad tempus, v. g. cupitatis gula satiarum cibo et potu, abique in fastidium; cupiditas venoris satiarum fornicatione, abique in nauseam et vitium ac spirituum defectum: avaritia tamen sola nullis opibus sedatur, sed magis accenditur. « Crescit enim aures nummi, quantum ipsa pecunia crescit. » Et, « quo plus sunt poter, plus sitiuntur aquae. » Unde avaritia totum cor et mentem hominis absorbet et sibi vindicat, ut avarus nodes et dies non cogitet, non somniet aliud, quam de occupandis et augendis lucris, illisque et mammone corporis per assiduos labores et curas, animam per fraudes, usuras aliquela seculera immolat. Avarus ergo praeterea gula autem ventri adductis dicitur idololator, et habere suis opes pro Deo, quia eis totum sedat et impedit praeterea omnibus. Id enim cuique Deus est, quod semper in mente habet, animoque versat, cui totum intendit, quod pro suo ultimo habet fine, in quo totum suum cor et amorem deficit, ad quod omnia sua studia, cogitationes et actiones referunt, cui curas omnes, labores vitianae ipsum impedit. Vide Chrysostomum hic in moralibus docentes, avaros non per hyperbolam, sed vere esse et dici idololatras. « Sicut enim, inquit, idololatria venerantur idola, nec ea praे reverentia tangere audent: ita avarus pecunias, quasi idolum venerantur, nec eas audiat contingere, sed inanit tantum earum aspectu

delectatur. » Idem, hom. 64 in Matth. : « Scut idolum, inquit, lapideum templis, sic ave aurum claustris et vestibus sepiunt, pro templo arcana preparantes : deinde adorant ipsi quod concluserunt, oculosque et animam maluit quam thesaurum parire. » His Herodes sophista Alo-
datus cognominat, qui postquam Martem incar-
erasset, ei sacrificarunt. Ita Philostrates in He-
rode (1).

6. NEMO VOS SEDUCAT INANIBUS VERBIS, — non
Philosophi, non Poetae lascivi vos seducant, non
Simon Magus, qui nulla requirunt bona opera, sed
nam fidem doceat sufficere ad salutem. Ex quo
nec item dogma statu Lutherus et Calvinus mu-
opus habet

(1) Juxta quosdam, quod est idolorum servitus referri

potest non solum ad avarus, sed etiam ad fornicator et
immundus, et interpretatur, pro *idololatra* habendus est,
est, non est melior idololatrica. Iudei enim quodvis
iacinus gravissimum vocant idolatriam, que ipsa
maxime abominabilis est.

ad. sed tuati sunt. Hoc enim dogma inane, nugax, fallax
et fraudulentum seducit homines, ut laxent frena
omnibus libidinibus et vitiis, itaque perant et
dannentur.

PROPTER HEC ENIM (fornicationem scilicet, immunditatem et avaritiam) VENIT IRA DEI IN FILIOS DIFFIDENTES. — *Venit, a grecis οὕτως, id est a vobis* et a praesentem tempore, non in proterto. Es hebraismus. *Venit, id est venire solet, i.e.* id est vindicta, que est effectus ire, *Dei in filios diffidentes, i.e. inebiuntur, id est inobedientie, vel in creditulatis; vel, ut Hieronymus, insusabilitatis, et, ut S. Cyprianus, contumaciam, q. d. I. homines inobedientes, incredulos, insusabiles intractabiles, ut dixi cap. II, vers. 2, qui cum monentur vel audiunt, turpitudines jam dictare esse feedas et illucias, qui non credunt, aut non obtemperant recta docenti et monenti. Unde justi vindictam suam in eos exerceat Deus, ut sepe haec vita peste, fame, gladio et mille serumis post mortem vero semper aeterna morte et ignis eos puniat, nisi prius resipuerint.*

7. NOLITE ERGO EFFICI PARTICIPES EORUM.—Græc
οὐαμέτερα, id est *comparticipes*, q. d. Nolite cu
sceleribus eorum jam dictis communicare et pa
ticipare.

8. ERATIS ENIM ALIQUANDO TENEBRE, — id est tenebris. Erat enim aliquando tenebra, cum emphase. Sicut enim scelestum vocamus celus, sic hanc etiam « tenebras » vocat tenebris et tenebrosa infidelitate et ignorantia, tum Dei, tum rerum agendarum. Ignorabatis enim fornicationem, iniquitatem, maledictionem, et his similia esse tanta et tam gravata.

Cæcitas et perversum in diuinum Gentium iudicium. Nota : Eusebius, lib. VI *De Preparatione*, et Theodoretus, *De Curaud. Graecorum effect.* fuse demonstrant, quanta fuerit cæcitas et perversum iudicium Gentium in gentilismo, etiam quod est prima increatæ lux omnium transcendens, illuminans, cælificans, vegetans, vivificans, continens, et ad se quasi sol convertens, ait S. Dionysius, *De Divinis Nominibus*, cap. IV. Vide Rom. xiii. 12.

que illa, quo ratio naturals, et iux natura dicitur.
Tamen, inquit, Perse et sorores, et matres,
et filias suas nefandis sibi matrimonis jungente
humanus carnis vescantur Scythie, et
filios suos immolabant; Massagetae cognatos senes
comedabant; Hyrcani sens avibus, Caspii cani-
bus devorando objicebant; Lacedemones fur-
tum laudabant quasi rem ingeniosam et solerent;
alii conjuges suas hospitibus in symbolum hos-
piti adulterio polluendas concedeabant. Quanta
fuerint sceleria Chanangorum paet *Levit.* xviii.,
Deut. x. et *xvi.* Considera divini Platoni quam
improbis sint leges de non subveniente valetu-
dinariis, de licenter mentiendo, de occidendi
infantibus, et de communione uxorum. Lycurgus
jubet suis legibus, hospites finibus pelli, pueros
impune prostutiri, feminas licentes exponi. Hoc
et plura Theodoretus et Eusebius, Merito S. Au-
gustinus in *Sentent.* sent. 43 : « Sequamur, at
Christum lumen verum, nec ambulemus in tene-
bris. Terribus autem incutientibus sunt mortuorum,
non ouclorum; et si ouclorum, non exteriorum;

exquirat quid de se exigat Deus, qua in re Deo maxime placere possit, quomodo sanctam ejus voluntatem et beneplacitum agnoscere et admirare possit, hac summa, hic apex perfectionis Christianae : ut cum S. Paulo non tantum in statu vita diligenter, sed qualiter in re dicat : Domine, quid me vis facere? Et cum Christo : Fiat voluntas tua de me, in me, per me, circa me, tam in vita quam in morte, tam in tempore quam in eternitate.

*Aperi per
fectionis
Christianae
in statu
quo cor
alista?*

Vers. 11. 41. NOLITE COMMUNICARE OPERIBUS INFRACTUOSIS TENEBRARUM, — nolite commercium habere, aut miscere vos operibus peccatorum et peccantium, qui quasi tenebrebus lucem fuguntur. Hic enim opera nullum fructum nisi seram et inutilium penitentiam ac remissum conscientias afferunt.

MAGIS AUTEN REDARGUITE, — q. d. Redarguite tum verbo, tum exemplo pure et sancte vite, eorum tenebras, id est pudendas libidines et peccata.

Vers. 12. 42. QUE ENIM IN OCULTO FIUNT AB IPSIS, TURPE EST DICERE. — Ab ipsis, scilicet filiis diffidantie et tenebrarum, de quibus egit vers. 6, 7, 41. Ita Hieronymus. Notat oscibentiam tum Pagorum, tum potius Simonis Magi, et Gnosticorum, de quibus abomina donarum narrat Epiphanius, citatque hunc locum Apostoli.

Vers. 13. 43. OMNIA AUTEM QUE ARGUNTUR, A LUMINE MANIFESTANTUR. — Respicit ad id quod dixit vers. 11 : « Magis autem redarguite, » scilicet libidines et virtutem jam dicta vers. 3. Eo enim respiceri Apostolum hoc vers. 13, significant Graeca. Non enim habent *τίνα νάι*, sed *τίνα νότα*, id est *τίνα τέλος*, id est *hec omnia*, scilicet fornicatio, immunditia, scurrillitas, que dixi et redargui; et ut Hieronymus legit, *que sunt arguta a me, arguntur et manifestantur*, id est argui et manifestari debent, a lumine, q. d. dum dieo vos sacerdotes jam dicta debere arguere, simul moneo ut recte tenebreones istos et tenebrae scelerum jam redarguis, debes vos afferre lucem sancte doctrine et vite.

OMNIA AUTEM QUE ARGUNTUR, A LUMINE MANIFESTANTUR. — Lumen enim debet manifestare peccata tenebreos, que arguimus. Sicut enim nos et tenebrae infidelitatis vel impietatis ipsis peccatoribus occultant et celant sua peccata : ita lumen sancte doctrine et vite a filii lucis, id est Christianis, allatum, eadem peccata illi regit, sperit et manifestat. Unde pro eo quod sequitur : « Omne enim quod manifestatur, lumen est, » verbi potest ex Graeco cum Syro, fraterno, Vatablo, *onne enim quod manifestat* (*tenebras peccatorum jam dicta*), *lumen est*; Graecum enim *προσφέρειν* est vocis mediae, et tam significat id quod manifestat, quam *in* quod manifestatur. Noster tamen significans veritatem, id quod manifestatur. Probat enim Apostolus id quod arguitur, debere a lumine manifestari : quia, inquit, id quod arguitur, et arguendo manifestatur, et ma-

nifestando per penitentiam emendatur (*hanc enim per metalepsin significat verbum manifestatur*), lumen est, id est, luminosum fit, et abicit tenebras peccatorum. Inde enim recte sequitur : Ergo illud idem a lumine debet manifestari. Nihil enim fit luminosum, et tenebras abicit, nisi lumines illustretur et manifestetur, q. d. Videat ergo, o Christiani, quomodo, ut filii lucis, ambulare, quantum lucem afferre debeatis, nimis tantum, tenebras gentilium et impieatis non tangent, sed et easdem illuminat, lucidas faciat, immo in lucem christianism transmutat. Rursum, ne putatis vestram redargitionem et illuminationem frustraneam fore. « Omne enim quod manifestatur, lumen est. » Quidquid scilicet a vobis filii lucis manifestabitur, arguerit, emendabit, lumen est : id est, lumen fidei et sancte vite recipiet, et luminosum fit; siue ex tenebris Incidos, ex Paganis Christianos, ex obsessis castos faciet, quando illi videntes vestram puram et sanctam vitam ea doctrinam, desercent suos errores et libidines, ut vos vestramque fidem ac sanctitatem emulcentur. Ita Theophylactus.

44. PROPTER QUONIAM (ut scilicet tenebreos et tenebras jam dictas manifestat et illuminat) dicit Isaías, inquit aliqui, cap. lx, vers. 1 : « Surge, illuminare Ierusalem, quia venit lumen tuum, et gloria Domini super te orta est. » Sed haec sententia Pauli, « Surge qui dormis, » etc., multum differat ab illa Isaiae. Ergo cum S. Hieronymo dico : hec sententia Pauli in Scripturam non invenitur; aliquid tamen ad locum Isaiae jam dictum. Unde S. Thomas alit Apostolum huc verbi non sumpsisse ex libro aliisque apocrypho, nec ex etiam spiritu propheticus ex protulisse, sed velut exposuisse quibusdam de suo admixtis jam dictam sententiam Isaiae : « Surge, illuminare Ierusalem, » etc.

Quod ergo Paulus ait, « dicit, » id est inquit, suppte, Spiritus Sanctus, et Deus noster tum interior in anima cuiusque peccatoris per sanctas inspirationes et excitationes ad penitentiam; tum exterius per me Paulum (hoc loq et alibi) aliosque concionatores, quemque in peccato existentem compellantes : « dicit, » inquit, et in clamat id quod sequitur : « Surge qui dormis, » etc.

Surge qui dormis, et exsurgere a mortuis. — Tu scilicet, o peccator, qui dormis somno, et mortuus es morte peccatorum ac vitiosi consuetudinis, inde evigila et exsurgi.

*Pecator
dormit in
tenebris,
et peccat
cum
quasi
sommum.*

Nota prima, peccatorum quasi in tenebris, ut processit, et nocte versantem dormire, et peccatum esse quasi somnum. Peccator enim, inquit Chrysostomus et Theophylactus, vacat et caret actione honesta, nec intelligit ea quae salutis sunt, neque ut dormiens : *προσφέρειν*, somnia videt, et imaginatur voluptates et *τέλος* non subsunt, neque ut dormiens. « Dormierunt, inquit Psalter, somnum suum, et nihil invenierunt omnes viri divitiarum in manibus suis. »

*Necessi
tas gra
tiae pra
econci
onat et
felicita
tis et or
ationis.*

Secundo, peccatum est mors animae, et peccator est mortuus; quia caret omni sensu et motu vitali gratiae, ipsaque anima spirituali, id est gratia, fonsque coram Deo, et virulentus est odoris, ait Theophylactus, perinde ut cadaver mortuum.

Hinc *tertio*, patet necessitas gratiae prævenientis et exstantis, ut hominem ab hoc somno et morte anime excite. Sicut enim dormientem non potest seipsum a somno, nec mortuus seipsum a morte excitare : ita nec peccator potest se a peccato excitari, sed exortari debet a Deo Designa grata. Hujus typi et symboli Christus Lazarum mortuum (qui speciem gerebat peccatoris) suscitatus, valida voce illi inclamavit: *Lazare, veni foras*. Hec una omnium consonatorum aquae per illi debetur esse vox : « Surge qui dormis, et exsurgere a mortuis ; » hocce unus debetur eorum esse studium, non ut aures scalpent, non ut sanam doctrinam concilient, non ut audiant : Quam bene, quam eloquenter pororavit! sed ut quasi mallei coherentes petras et durum hominum corda, vehementer spiritu et zelo peccatores a somno et morte peccati existent, et in lucem ac vitam gratiae revocent.

*Felicitas
accipi
tum somni
sunt dor
mientium.*

Moraliter S. Augustinus, in ilud Psalm. cxxxii, *Sed dederi somnum oculis meis*: « Omnes, inquit, iste felicitates, que videntur, seculi, somnia sunt dormientium. Et quomodo qui videt thesauros in somnis, dormientis dives est; sed evigilabil, et pauper erit: sic omnia ista vana hujus saeculi, de quibus homines gaudent, in somno gaudent: evigilabunt quando noleant, si non modo evigilant quando uile est; et invenient somnia illa fuisse, et transisse, sicut dicit Scriptura: *Velut somnum surgentis*. Et alio loco: *Dormientiam somnum suum, et nihil invenierunt omnes viri divitiarum in manibus suis*. Iste ergo, qui vult invenire locum Domini, dixit etiam: *Sed dederi somnum oculis meis*. Sunt autem quidam qui non dormiunt, sed dormitant: aliquantulum retrahunt se ab amore temporalium, et rursus revoluntur in eum, et quasi dormiantes caput cerebro inclinant. Evigila, excede somnum, dormiando casurus es. Non vult Psalmus oculis suis dare somnum, nec palpebris dormitionem, cum qui vult invenire locum Domino. »

ET ILLUMINABIT TE CHRISTUS. — Alludit ad dormientem in multum lucem : huic enim excitator dicens sole: Surge, jam dudum dies est, evigila, solem splendentem aspice. Pari modo Paulus et

*Dies gra
tiae, et
sol justi
tiae illi
mit et
Christus jam illuxit, omnesque qui somno pec
atorum evigilantes oculos aperuerunt, et sur
rexerunt, illuminavit sue gratiae et justitiae lu
mine : surge, evigila et tu, aperi oculos, et te pariter illuminabit. Si dicit Rom. xii, 1: Hora est jam nos de somno surgere. Non præcessit, dies autem appropinquavit. Abiiciamus ergo opera tenebrarum, et induamur armis lucis. »*

*Notat : Pro illuminabit te gracie est impensis or
id est illucescat, orientur tibi Christus; ut, sicut sol
lumen, ita ipsa sum lumen gratiae communic
net, qui factus speculum divinis lucis possit ei
alios illustrare, et de tenebris peccatorum erutos
manifestare, in lucem adducere, et lucidatos fa
cere.*

Notat Hieronymus, pro *impensis* quosdam legere *ip̄sās* et *z̄ Xpc̄*, id est continget te Christus, et ita legit Ambrosius et Augustinus in *Psalm. iii*. Quin et Chrysostomus, tam hanc priorem lectioem affert, quasi hic sermo sit ad Adamum (et consequenter ad nos Adae filios, qui in Adamo confinabamur, coque peccante mortui sumus) in monte Calvariae sepulchrum, quem Christus ibidem crucifixus, sanguine suo e cruce distillante contingens redemerit, et ad lumen vitamque dividit.

*Adam se
pellat
an sit in
monte
Calvaria?*

*Passim
id docuit
Patres.*

« Seo, inquit Hieronymus, audisse me quendam de hoc loco in Ecclesia disputationem: qui in theatralे miraculum, nunquam ante visam formam populu exhibuit, ut placet: Testimonium hoc, inquit, ad Adam dicitur in loco Calvariae sepulchrum, ubi crucifixus est Dominus. Qui Calvariae idcirco appellatus est, quod ibi antiqui homini esset conditum caput. Illo ergo tempore, quo crucifixus Dominus super eum pendebat seculum, hec propria completa est dicens: Surge, Adam, qui dormis, et exsurgere a mortuis: et, non ut legimus, *impensis* et *z̄ Xpc̄*, id est orientur tibi Christus; sed *z̄ Xpc̄*, id est continget te Christus: *qua* videlicet tactu sanguinis ipsius et corporis dependantis vivificator atque consurgat: et tunc typum quoque illum veritate complevit, quo Eliseus mortuum resurrectivit. Hec utrum vera sint nee ne, lectoris arbitrio derelinqui. Ubi nota: Licet Hieronymus hic et alibi hanc sententiam de Adamo in Calvariae monte sepulcro, ibique Christi sanguine resuscitato, sugillare videatur, tamen passim illam docuit et tradidit Patres. Unde S. Augustinus, serm. 71 *De Temp.*: « Et vere, fratres, ait, non incongrue creditor quod ibi erectus sit medicus, ubi jacebat egrotus, et dignum erat ut ubi occiderat humana superbia, ibi se inclinaret divina misericordia; et sanguis ille preiosus etiam corporaliter pulvrem antiqui peccatoris, dum digeratur stillando contingere, redemisse creditur. »

Si et Tertullianus, lib. II *Carmen contra Mar
cionem*, cap. IV.

*Hic hominem primum suscipimus esse sepulchrum.
Hic patitur Christus, pio sanguine terram malefic,
Pulvis Adae ut possit veteris cum sanguis Christi
Commixtus, stillanis aque virtutis lavari.*

Idem docent Origenes, Ephiphanius, Athanasius, Cyprianus, et passim Patres, uno excepto Hieronymo, ut dixi *Math. xxvi*, 33, videturque communis traditio. Hac etiam de cause pictores sub cruce Christi calvariam (Adae) pingunt, ut ex Ali-

